MONUMENTA
GERMANIAE

anno Lucas de Grimaldis cum XXV galeis obsedit portum Achon, sed supervenientes XXVIII galee Venetorum illos invaserunt et ceperunt ex eis galeas V. Tunc mortuus est Hugo heres regni Cypri et successit ei Hugo de Lisignano[a] consanguineus eius.

XVI pars de morte Corradini et quibusdam gestis ultramarinis.[b]

[A][c]d dicti summi pontificis[d] venit noticiam, quod Corradinus filius Corradi prestabat se ad intrandum Ytaliam, instigatus a Pysanis et parte Gibilina Tuscie. Karolus igitur relicto marscalco suo in Tuscia cum certa milicia ad obviandum Corradino, si contingeret eum venire in regnum properat. Igitur MCCLXVIII Corradinus cum milicia Theotonica adiunctis quibusdam Lombardorum et Tuscorum subito intrat in Ytaliam et venit Veronam. Unde ~~ab~~ dicto papa mandat eidem, ut caveat offensa ecclesie; quod ille[e] contempnens cito[f] transivit cum parva manu ad ripariam Januensem usque Saonam[g], ubi sunt domini de Carreto, qui eidem affines cum amicorum auxilio navigio deduxerunt eum usque Pisas nec marscalcus predictus obviare potuit. Destructo itaque Lucano territorio ex parte meridiei fugatisque Guelfis de Senis Corradinus fortificari cepit. Quod audiens summus pontifex contra ipsum suamque sequelam[h] processum fecit.

~~atrox~~ C

a) sit C.

b) Die Überschrift glänzend rot.

c) Freier Raum, darin kleines A schwarz.

sū C. d) pōtifis C.

e) i² C f) cito C

g) Saonale C

h) seq lam C